UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sermones uenerabilis magistri Nicolai de blony decretoru[m] doctoris. capellani episcopi Bosnomensis. ualde deseruientes populo. sed et clero utcu[m]q[ue] docto eos digne legenti. predicanti. aut ...

Nicolaus <de Plove>

Argentine, 22. XI. 1494 - 1495

Dominica Jnuocauit. III Sermo. XLVI

urn:nbn:de:hbz:466:1-31214

Visual Library

ſalutẽ τ exterioꝛẽ ſtat⁹ q̄ reqͥrũt ad ɔſuatõẽ
corpal' vel ſpũalis vite. nõ ſũt ꝓpt hec ieiu/
nia ꝑtermittẽda. Si aũt imineat neceſſitas
ſtatim ꝑegrinãdi τ magnas dietas faciẽdi
vel etiã multũ laboꝛãdi τ cũ h̄ nõ pñt ieiu
nia obſeruari nõ obligat' hõ ad ieiunãdũ.
q2 nõ videt' fuiſſe eccl'e intẽtio ſtatuẽtẽ ieiu
nia. vt ꝑ h̄ ĩpediret alias vias τ magẽ neceſ
ſariis cauſas. Dicit tñ Tho. ꝙ in his recur
rẽdũ eſt ad ſupioꝛis diſpẽſatõẽz. niſi foꝛte
vbi ita ẽ ɔſuetũ. quia et h̄ ĩpo ꝙ plati diſſi
mulãt videt' annuere. Quid ꝺ paupib⁹ mẽ
dicãtib⁹. Rñdeo ꝙ ſi pñt ſufficient' hr̃e q̄d
eis ſufficit ad vnã comeſtõẽ. non excuſant'
al's ſi nõ ſufficit excuſant'. vt illi q̄ fruſtatiz
elemoſinas mẽdicãt. Sicq3 p3 de ieiunij
obſeruatiõe qualiter ſit debite ſeruandũ.
q2 ad tps hoꝛã τ modũ. ꝛc.

Dominica Inuocauit. III
Sermo. XLVI

Eſt tñ tertiũ membꝝ ꝑcedẽtẽ ſmõis

Cum ieiunaſſet

quadraginta dieb⁹ et quadra/
ginta noctibus poſtea eſuriẏt.
vt ſup. A Expedit' duob⁹ ꝑncipalib⁹
circa ſacrũ ieiuniũ occurrẽtib⁹ ſc3 de ieiu/
nij inſtitutiõe auctoꝛitatiua. τ de ei⁹ obſer/
uatione debita. reſtat de tertio ſc3 de ieiu/
nij remuneratiõe ſaluifica. Uez q2 remu/
neratio in ſpũalib⁹ nõ dat' niſi ꝑ actu ẏtu/
oſoꝛ meritoꝛio. meritũ aũt ex circũſtãtijſ de
bitẽ ponderat'. Jdõ h̄ videam⁹ de pluribꝰ.
Et pmo qũo ieiuniũ nr̃m d3 ẽẽ meritoꝛiũ.
Scdõ q̄le recipit pmiũ. Ad h̄ ĝ ꝙ ieiuniũ
nr̃m ſit meritoꝛiũ d3 eſſe pmo afflictiuum
ad diuinã miſcdiã3 inclinãdam. Scdõ d3
ẽẽ mundũ ad interioꝛẽ ɔſciã3 pulcrifican/
dã. Tertio d3 eſſe piũ ſiue paſſiuũ ad fra/
ternã miſeriã ſubleuandam. De pmo dꝛ. j.
Mach. iij. Jeiunauerũt in die illa τ indue
runt ſe cilicijs. Ecce q̄ vult bñ ieiunare d3
adiũgere aſꝑitatẽ veſtiũ interioꝛũ. vt non
vtat' delicatẽ camiſijs ſ3 aſꝑioꝛib⁹ vt ſic nõ
ſolũ habeat aſꝑitatẽ ciboꝝ ſ3 etiã veſtimẽ/
toꝛũ. Sic enĩ rex niniue indut⁹ ſacco ieiu/
nauit. Jone. iij. Vñ canim⁹ Jmmutemur
habitu. Et q̄ pt3 ꝙ male ieiunat q̄ in aliq̄
iſto tpe habitũ ſi põt nõ ĩmutat. p3 q2 ha/
bitus taliũ indicat in eis vanitatẽ. Scdõ
ieiuniũ debet eſſe mundu3 ad interioꝛem
ɔſcientiã pulcrificandã. mundicia aũt iſta

conſiſtit in trib⁹. ſc3 vt hõ abſtineat ab om
nib⁹ iniquitatib⁹ τ ab illicitis voluptatib⁹
ſeculi. q̄d eſt ꝑfectum ieiuniũ. De con. diſ.
v. Jeiuniũ. Secundo vt homo abſtineat
ab indiſcreta τ immoderata ciboꝝ refecti
one. de conſe. diſt. v. Sint tibi. et ca. Non
dico. Et hec duo ieiunia licet ſemper ſint
ſeruanda maxime tñ iſto tpe in quo inten
dimus animas defoꝛmatas pulcrificare.
Tertio vt homo certos cibos ſubtrahat.
maxime q̄ ad voluptatẽ τ ad libidinẽ indu
cũt. vt dictu3 eſt. de con. diſt. v. Deniq3. Ex
q̄b⁹ infero ꝙ ad mũdiciã ieiunij neceſſaria
eſt abſtinẽtia. nõ ſolũ a cibis ſ3 etiã ab om
nib⁹ diſſolutionib⁹ delectatiõib⁹ et volup/
tatib⁹. Nam q̄d prodeſt ieiunare viſcerib⁹
et luxuriari vanitatib⁹. abſtinere a cibis et
errare peccatis. lxxxvj. diſt. Quid prodeſt
Jtem nihil prodeſt ieiunare et oꝛare niſi
mens ab iniq̄tate reuocet'. τ ab obtractati
onib⁹ lingua cohibeat'. de con. diſ. v. Nihil
ꝑdeſt. Hinc dicit Gre. ſup Leuiticũ omel.
xj. Uis oſtendã tibi q̄le te opoꝛtet ieiuna/
re ieiuniũ. Jeiuna ab om̃i pctõ. nullum ci/
bũ ſumas malicie. nullas capias epulas
voluptatẽ. nullo vino luxurie ɔcaleſcas. ie
iuna a malis opib⁹. abſtine a mal' ſmõib⁹.
ɔtine te a peſſimis cogitatiõib⁹. Et ſequit'.
Tale ieiuniũ deo placet. Hec ille. Docet
q̄d eccl'a clamat ĩ ꝑncipio q̄dragesime. Co
uertimĩ ad me ĩ toto coꝛde vr̃o. ĩtã ĩ exteri
oꝛi q̄3 ĩterioꝛi opatõe coꝛdiſ. ꝑ tale ieiuniũ
aĩa purificat'. Et p3 ex his q̄nta diligentia
ſit h̄ tpe a venatõe abſtinendũ. cũ ieiuniũ
ĩpm nihil valere dicat' ſi in eo venatio ex/
erceat'. Vñ dicit Canon. lxxxvj. diſ. Ecce di
ctũ Amb. ĩ ſmõe de q̄dragesima. An puta
tis illũ ieiunare frẽs q̄ pmo diluculo non
ad eccl'a3 vigilat. nõ beatoꝝ martirũ loca
ſancta ꝑquirit. ſed ſurgens cõducit ſeruu/
los. diſponit retia. canes ꝑducit ſaltus ſil
uaſq3 perluſtrat. Seruulos inq̄3 ſecũ tra/
hit. foꝛtaſſe ad eccliam magis feſtinantes
τ voluptatib⁹ ſuis peccata accumulat alie
na. neſciens ſe reum futurũ tam de ſuo de
licto q̄3 de perditiõe ſeruoꝝ. Et hoc dicto
duo colligunt'. Primo ꝙ non poteſt ieiu/
nare efficaciter ad ſalute3 arti venatice in
ſiſtens. Sicut dicit gloſa in dicto capitlo
Scdõ ꝙ dñs diſtrahẽs ſeruos a ſeruitio
diuino. preſertim illis tempoꝛib⁹ quibus
tenent' eſſe circa eccl'ias ipſoꝝ. ſuit peccat

et tenetur pro omnibꝫ pctis eoꝝ. de teſtibꝫ Sicut. Et. xxij. q. v. Qui compulſus.
(B) Sed diceres. vellem dñe ſcire an ſemꝑ venatio eſt mortale pctm̄. Reſpõdeo breuiter. de laicis loquẽdo tũc venatio cõſideraꝛ dupliciter. aut em̄ fit cauſa voluptatis aut cã neceſſitatis. Si cauſa voluptatis tũc eſt illicita ex tpe. vt diebꝫ q̄drageſime et ieiuniorum. xxiij. q. viij. Si nulla. Et lxxxvj. diſtin. An putatis. vt dicit glo. in. c. Qui venatoribꝫ ibidez. Et ꝓ iſto facit Anthoni⁹ Butrij. in caplo de clerico venatore. q̄ dicit. Q venatio licita ẽ laicis in diebꝫ cõmunibꝫ. ſꝫ in q̄drageſimalibꝫ et ꝑcipuaꝝ feſtiuitatũ qꝫ venire debẽt homies ad eccleſias ordinate. etiaꝫ laicis eſt interdicta. vt pallegato. c. Qui venatoribꝫ. et. c. An putatis. de ↄſe. diſt. iij. Irreligioſa. Et diſt. v. Ieiunia. Si aũt ꝓpter neceſſitatez. ſcꝫ pro pellibꝫ vel carnibꝫ. et tũc etiã eſt licita clericis. Et habeꝛ. lxxxvj. diſt. Qui venatoribꝫ. in ꝑma glo. Et q̄d mirũ ſi cauſa neceſſitatꝭ ꝑmittiꝛ venatio cũ et furtũ cauſa neceſſitatis ꝑmittiꝛ. vt notaꝛ in glo. ij. c. diſcipulos. de con. diſt. v. de furtꝭ. c. Si qs. qꝛ neceſſitas nõ hꝫ legem. vt diſt. j. Sic. Vñ ꝓpt neceſſitatẽ Dauid comedit panes ꝓpoſitiõis. xxv. q. j. §. His ita. Et ꝓ neceſſitate famis pr pꝛ diſtrahere filiũ. vt. C. de pꝛibꝫ qui filios diſtrahũt. l. ij. Et eſt ratio. quia in neceſſitate oĩa debent eſſe cõmunia. xlvij. diſ. Sicut hij. maxime cibaria. ff. ad le. Rodi. de iactu. l. ij. C. Cum in eodem natu. E
Sed diceres. Domine nõne Eſau erat venatoꝛ. vt in Geñ. Nõne Nemroth venatoꝛ erat. Nõne ſanct⁹ Euſtachius venatoꝛ erat. Reſpõdeo ꝑ ſingula ꝙ Eſau venatoꝛ erat et bñdictionez amiſit. quia pctõꝛ erat. vt dicit Hiero⁹. in ps. lxxxv. habeꝛ. lxxxvj. diſt. Eſau. Item Nemroth venatoꝛ erat quia hominũ raptoꝛ et depꝛedatoꝛ erat. ꝑ quem cõfuſio linguarũ circa turrim Babilonis facta erat Geñ. x. Preterea Euſtachius venatoꝛ erat. ſed nõ ideo ſanct⁹ qꝛ venatoꝛ. Vñ inq̄ntũ venatoꝛ nõ potuit ſanctificari niſi alia bona oꝑa affuiſſent et a venatione ceſſaſſet. vt dicit glo. ij. lxxxvj. diſt. Eſau. Et. xxxv. diſt. Quorũdam. Vñ dicit Hieronimus ꝙ penitus in ſcripturꝭ ſanctis non inuenimus aliquem venatorem. piſcatores autem inuenim⁹ ſanctos. in dicto. c. Eſau. Ex his concludit Policratus libro. j. cap. iij. ꝙ inſpiciendo patriarchas in lege nature. Deinde deſcendendo ad duces iudices. reges. ꝓphetas. ſub lege veteris teſtamenti nullus legitur fuiſſe venatoꝛ. niſi tm̄ hiſmahelite et gentes q̄ deum non nouerũt. Q ſi forte ceſares aliqui leguntꝛ venatores dicit ipſe ꝙ bene potuit fieri. nunq̄ꝫ autem leguntꝛ venatores fuiſſe phi aut ſapiẽtes. vt Socrates Plato Ariſtotiles Seneca Archita tarẽtin⁹. et ſic de alijs. Et multo minus in nouo teſtamento tales nõ leguntur. ex quibꝫ ipſe dicit. Q venatica ſi omino reprobari non poteſt. tamen indifferens videꝛ. et eo quia vilius animũ ex immoderato voluptatis curſu concutit et fundamentũ rõnis ſubuertit. non tamen ob hoc erit omnino culpabilis. cum et vinum quod inebꝛiat ſubuertit rationem. Poteſt ergo venatica vtilis eſſe et honeſta ex loco. id eſt vt ſit i proprio vel in cõmuni. tempoꝛe. modo. id eſt. non nimium. perſona. et cauſa. ſcilicet recreationis. Hec ille.

Dominica Reminiſcere. I Sermo. XLVII

S Ciat unuſquiſqꝫ vas ſuũ poſſidere in ſanctificatione et honoꝛe. j. Teſſalonicẽ. iiij. c. Quãuis puritas mẽtis nr̄e in oĩbꝫ opibus meritorijs neceſſario ſit ꝑpõnẽda iõ. qꝛ nemo prudẽs mittit vinũ nouũ i vtres veteres. vt dꝛ Mat. ix. tñ circa op⁹ ieiunij et abſtinẽtie ſũme videꝛ neceſſaria. alioq̄n nichil prodeſt homini ieiunare et oꝛare et alia religionis bona agere niſi mẽs ab iniquitate reuocetur. de conſe. diſt. v. Nihil. Vnde dicit Auguſtinus ſuper Iohannẽ. Ieiunium magnum et generale eſt abſtinere ab iniquitatibus et ab illicitis voluptatibus ſeculi. quod eſt perfectũ ieiuniuꝫ Tunc ergo ſcḋm ipm bene ieiunamus cum bñ viuim⁹. cũ ab iniq̄tatibꝫ abſtinẽ⁹. Hec ille. Et iõ iſto ſacro tpe q̄drageſime valde neceſſe ẽ vt q̄libꝫ nr̄m abſtinendo a cibis. etiã ſtudeat abſtinere a vicijs Ille eñ bñ abſtinet a cib q̄ et a malicie actibꝫ et a mũdi ieiunat ãbitiõibꝫ. inq̄t Iſiḋ. li. ij. ḋ ſũ. bo. c. xliiij. Propter q̄d ſcḋm ipm q̄ a cibis abſtinent et ꝑuc agũt demões imitaꝛ. qꝫ eſca non eſt. et iniq̄tas ſꝑ adeſt. Ex qꝫ pꝫ ꝙ hõ tpe abſtinentie q̄drageſimalꝭ maxĩe dꝫ abſtinere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN